

1554 ij d. Septembris

Ex Cod. Dipl. Doyelü

Decretum Sigismundi Augusti Poloniae Regis super nul-  
litate Appellationum a Colonis Elbingensium fieri solitarum  
Dat. d. Septembris Anno 1554. Ex Archivo Regni lib. 68. fol. 120.

Sigismundus Augustus Rex Poloniae etc. Notam facimus etc.  
expositum Nobis esse famati Magistratus Elbingensis nomine  
possidere hereditario jure Civitatem, certas villas et Possessi-  
ones, partim legitimo juris titulo adeptas, partim vero a Divis  
Majoribus nostris Donatas in quibus plerumq. coloni ea temerita-  
te et pertinacia sint, ut a Magistratu Civitatis, penes quem  
summum est in illos dominium, ad alios appellare non dubitent  
supplicatumq. Nobis esse, ut cum et Equestri Ordo, et alii quique  
nostris homines in earum possessionum Colonos, quas heredita-  
rio et legitimo jure possident, merum impedium habeant, Civita-  
tem quoq. Elbingensem in pari ratione pari jure uti ne prohibe-  
remus, quas illorum preces et aquas esse, et propterea ad mitten-  
das putavimus, decrevimusq. ac decernimus, et statuimus literis  
hæc nostris. Quandoquidem in suos cuiq. subditos jurisdictionem  
salvam et integram esse oporteat, ut earum villarum et posses-  
sionum Colonis, quo legitimo juris titulo a Civitate Elbingensi  
possident, propriæ Civitatis sunt, nullam ad Nos appellatione  
Magistratus admittere deminceps habeat necesse, sed eadem  
ratione, qua ceteri in Prussia in suos proprios Colonos Domi-  
ni jurisdictionem in illos suam, nullo obstante, legitime exerce-  
ant. In quorum fidem etc. Datum ex Venationibus nostris  
Vothinicensibus die 8. Septembris Anno Domini 1554 Regni  
vero nostri Anno 25.

